

PRIMAE DECADIS LIBER PRIMVS

M. ANTONII SABELLICI RERVM VENETARVM AB VRBE
CONDITA AD MARCVM BARBADICVM SERENISS.
VENETIARVM PRINCIPEM ET SENATVM
LIBER PRIMVS PRIMAE DECADIS
FOELICITER INCIPIT.

VONIAM Igitur satis con-
stat priscos Venetos & urbis & Imperii
de quo hæc scripturi sumus conditores
fuisse, nihil ab re fore existimauit quan-
do de origine gentis inter ueteres aucto-
res parum constare uideo: priusq; ur-
bis primordia aperiantur: de illorum
uetustate aliquid breuiter referre. Fue-
runt itaq; prisci Veneti non Italiæ indi-
genæ: sed ut quidam tradiderunt a Ve-
netis Gallis oceani accolis oriundi. Neq;
hi nomen tantum secuti uidentur: Sed
quia rei maritimæ studium & gloriam:
qui Adriatici sinus oram tenuerunt: ut

illi nunq; neglexerint: Essentq; iis qui in Gallia sunt si non lingua: moribus
tamen & ornatu corporis: ut Polybius ait per q̄similes: Alii uero eos e Pa-
phagonia profectos affirmant: in quibus est Liuius: Is Pylæmene Duce ad
Troiam amitto: cum Antenore in Italiam uenisse tradit: quod ipsum secu-
tus Cato Troiana stirpe Venetos procreatos credidit: Cornelius nepos & ipse
ex Henetis qui Cromnam oppidum circa Paphlagoniam tenuerunt: Vene-
tos eorum cognomines in Italia ortos existimauit: Quidam Cappadocibus eam
gentem finitimam tradiderunt: ac cum Cimeriis militasse: posteaq; Adriam
peruenisse: Alii uicum non longe ab Amastri tenuisse arbitrati sunt: Requi-
rebantq; interim tota regione Henetos quasi nusq; ostenderentur. Sed inter
omnes fere constat hanc de qua loquimur Paphlagonum esse gentem: quod Xe-
nodotus non solum credidit: sed Amysum quoq; oppidum id esse existimauit:
quod in ea terra postea Henetia dicta sit: Cæterum qui ita esse autumant:
præcipuam utriusq; gentis in equis mulisq; alendis industriam in argumen-
tum adducunt Homeris usi testimonio cuius illud est: Mularum genus ex He-
netis quæ robore præstent: quum de Asiaticis interim summus poeta lo-
queretur. Strabo uetus statis auctor diligentissimus nobilissimam equarum
progeniem usq; ferme ad sua tempora in his Venetis qui Adriatici maris par-
tem accolunt peruenisse scribit: quarum fama ob eximiam pernicitatem ual-
de celebris fuisset. Hæc certe atq; alia multa faciunt ut eorum sim sententiæ:
qui cum Antenore Henetos in Italiam uenisse tradunt: ac mutata littera de
inde Venetos appellatos. Antenoris aduentum in intimum maris Adriatici
sinum non solum Veneti testantur qui eius comites fuere: Sed q; locus in
quem primum egressi sunt Troia est dicta: quodq; Troiano deinde Pago no-
men mansit. Ii primo pulsis suis sedibus Euganeis qui eius terræ oram: quæ
est inter mare & alpes incolebant: Patauium condiderunt: Procedente deinde

Vet' de Ve-
netor̄ ori-
gine op̄i-
nio

Vera Vene-
tō origo

xa summa
futurum
adulci ci-
antibus

Troia Pa-
gus in Vene-
netis nusq;